



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Scriptvm Legatorvm Illvstrissimi Principis, Domini Georgii Friderici
Marchionis Brandenburgensis, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

SCRIPTVM L E G A-
TORVM ILLVSTRISSIMI
PRINCIPIS, DOMINI GEORGII
Friderici Marchionis Brandenbur-
gensis, &c.

Ego M. GEORGIVS KARG PASTOR SUABACEN-
sis, & Iohannes Serranus, alias Seger, Pastor Rosfeldensis, ab
Illustrissimi Principis & Domini, Domini Georgij Friderici
Marchionis Brandenburgensis, &c. Domini nostri Clementissimi,
Senatus legati VVitebergam, ad reuerendos Patres & Preceptores
nolros, D. Magistrum Philippum Melanchthonem, & ceteros S.
Theologiae Doctores, ut cognosceremus confessionem fidei recens a
D. Philippo Melanchthona scriptam, exhibendam Concilio Tridentino congregato: Testamur nos accurate legisse hoc scriptum, & affir-
mamus in eo doctrinam Euangelij Domini nostri Iesu Christi, prout
in sacra Scriptura vtriusq; Testamento, & in Symbolis continetur,
sincere & sine sophistica, modo dextre intelligatur, propositam, quae
& in nostris Ecclesijs aliquot iam annis praedicata, nunc etiam doce-
tur, auditur & approbatur ab omnibus vere pijs, & Spiritu Dei sancto
illuminatis. Et oramus Dominum nostrum Iesum Christum, propter
peccata nostra a Deo Patre traditum, & propter iustificationem no-
stram resuscitatum, vt Ecclesias quoq; nostras cum omnibus alijs
clementer regat & protegat, nosq; in ea fide & libertate, in qua sta-
ma, confirmet, adeoq; constantes ad finem vsq; vita nostra per Spi-
rituum sanctorum conseruet, AMEN. Actum VVitebergæ,
Die XI. Septembris. Anno, &c. M. D. LI.

Ego M. Georgius Karg, Pastor Ecclesiæ
Suabacensis, manu propria subscripsi.

Ego Iohannes Serranus, alias Seger, Pastor
Rosfeldensis, manu mea subscripsi.

S C R I